

Michaeas

388

ignoscat deus: et reuertat a furore ire sue: et non pibim. Et vidit deus opa eorum quae conuersi sunt de via sua mala: et misertus est super malitiam quam locutus fuerat ut faceret eis: et non fecit.

Afflictus est ionas afflictione magna: et iratus est et orauit ad dominum: et dixit: Obsecro domine: nunc quid non habet verbum meum cum adhuc essem in terra mea? Propter hoc occupauit ut fugerem in tharsis. Scio enim quod tu deus clemens et misericors es: patiens et multemiserationis et ignoscens super malitiam. Et nunc domine tolle auiam meam a me: quia melior est mihi mors quam vita. Et dixit dominus. Putasne bene irascaris tu? Et egressus est ionas de ciuitate: et sedit per orientem ciuitatis et fecit sibi metumbraculus ibi: et sedebat subter illud in umbra. donec videret quid accideret ciuitati. Et preparauit dominus deus edera: et ascendit super caput ionae. ut esset umbra super caput eius: et protegeret eum. Laborauerat enim. Et letatus est ionas super edera leticia magna. Et parauit deus vermem ascensu viluculi in crastinum: et percussit ederam et exaruit. Et cum ortus fuisset sol precepit dominus vento calido et venti percussit sol super caput ionae: et estuabat. Et petiuit aere super ut moreretur. Et dixit: Melius est mihi mori quam viuere. Et dixit dominus ad ionam: Putasne bene irascaris tu super ederam? Et dixit: Bene irasco: ego usque ad mortem. Et dixit dominus. Tu toles super ederam in qua non laborasti neque fecisti ut cresceret: quam sub vna nocte nata est et sub vna nocte perijt: et ego non parco: nimis ciuitati magne in qua sunt plus quam centum viginti milia hominum: qui nesciant quid sit inter dexteram et sinistram suam et iumenta multa?

Explicit ionas propheta. Incipit prologus in michaeam prophetam.

Quod tempore ioathae et achaz et ezechie regum iuda. michaeas prophetam ad hanc prophetiam

spiritus sancto repleti fuisse lectio ipsa demonstrat. Sed de supradicto numero regum ioathae et ezechiae deo ob religionem placuisse: historia libri quarti regum: et secundi paralipomenon indicat. Achaz vero relicto deo: idola samariae quibus etiam filios suos in sacrificium igni concremandos obtulerat coluisse constat. Nobrem deo samariam quam reges israel et iuda memoratorum simulacrorum superstitione fecellerat increpans indignationem suam in eam percussuram committatus est. Populo etiam israel pernicitatorum et principibus eius qui eundem populum fallaci suasionem ad colenda idola impulserant: verbum in sequentibus captiuitatem et interitum affuturum denunciat.

Explicit prologus. Incipit argumentum.

Michaeas de moribus coheres christi vastationem annunciat filiae latronis: et obsidionem ponit contra eam: quia matillaz percussit iudicis israel.

Explicit argumentum. Incipit Michaeas propheta. Capitulum I

Verbum domini quod factus est ad michaeas morasthibite in diebus ioathae achaz et ezechie regum iuda. quod vidit super samariam et hierusalem. Audite populi omnes: et attendat terra et plenitudo eius: et sit dominus deus vobis in teste: dominus de templo sancto suo. Quia ecce dominus egredietur de loco suo: et ascendet et calcabit super excelsa terre. Et consumentur montes subter eius: et valles scindentur sicut cera a facie ignis: sicutaque quae decurrunt in proceps. In scelere iacob omne istud et peccatis domus israel. Quod scelus iacob? Nonne samaria? Et quae excelsa iude. Rone